

<p>P. INTROIBO ad altare Dei.</p> <p>C. Ad Deum qui lætificat juventutem meam.</p> <p>P. Judica me Deus, et discerne causam meam de gente non sancta, ab homine iniquo et doloso erue me.</p> <p>C. Quia tu es Deus, fortitudo mea, quare me repulisti et quare tristis incedo dum affligit me inimicus.</p> <p>P. Emitte lucem tuam et veritatem tuam; ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuam, et in tabernacula tua.</p> <p>C. Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat juventutem meam.</p> <p>P. Confitebor tibi in cythara Deus, Deus meus; Quare tristis es anima mea, et quare conturbas me.</p> <p>C. Spera in Deo. quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei et Deus meus.</p> <p>P. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.</p> <p>C. Sicut erat in principio, et nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.</p> <p>P. Introibo ad altare Dei.</p> <p>C. Ad Deum, qui lætificat juventutem meam.</p> <p>P. Adjutorium nostrum in nomine Domini.</p> <p>C. Qui fecit cælum et terram.</p> <p>P. Confiteor Deo, &c.</p> <p>C. Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam.</p> <p>P. Amen.</p> <p>C. Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Joanni Baptistæ, sanctis</p>	<p>Apostolis Petro et Paulo, omnibus sanctis, et tibi Pater, quia peccavi nimis, cogitatione, verbo et opere, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaellem Archangelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos apostolos Petrum et Paulum, omnes sanctos, et te Pater, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.</p> <p>P. Misereatur vestri, &c.</p> <p>C. Amen.</p> <p>P. Indulgentiam, absolutio-nem, &c.</p> <p>C. Amen.</p> <p>P. Deus tu conversus vivificabis nos.</p> <p>C. Et plebs tua lætabitur in te.</p> <p>P. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.</p> <p>C. Et salutare tuum da nobis.</p> <p>P. Domine, exaudi orationem meam.</p> <p>C. Et clamor meus ad te veniat.</p> <p>P. Dominus vobiscum.</p> <p>C. Et cum spiritu tuo.</p> <p>P. Kyrie eleison.</p> <p>C. Kyrie eleison.</p> <p>P. Kyrie eleison.</p> <p>C. Christe eleison.</p> <p>P. Chiste eleison.</p> <p>C. Christe eleison.</p> <p>P. Kyrie eleison.</p> <p>P. Kyrie eleison.</p> <p>C. Kyrie eleison.</p> <p>P. Dominus vobiscum, or flectamus genua.</p> <p>C. Et cum spiritu tuo, or levate.</p> <p>P. Per omnia sæcula sæculo-rum. Amen.</p>
---	--